Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SIS

autem heber triginta tribus annis
et genuit phaleth. Et uixit heber
post quam genuit phaleth triginta
annis et genuit filios et filias.
Vixit quoque phaleth triginta annis
et genuit reu. Vixit quoque phaleth
postquam genuit reu. c.c. nouem
annis et genuit filios et filias.
Vixit autem reu triginta. v. annis
et genuit saruch. Vixit quoque reu
postquam genuit saruch. c.c. septem
annis et genuit filios et filias. Vixit
uero saruch. xxx. annis et genuit
nachor. Vixit quoque saruch postquam
genuit nachor. c.c. annis et genuit
filios et filias. Vixit autem nachor
.19. annis et genuit thare. Vixit
quoque nachor postquam genuit thare
c.xvii. annis. et genuit filios et fili
as. Vixit que thare. lxx. annis abram
nachor et aram. Hee sunt genera
tiones thare. Thare autem genuit
abram et nachor et aram. Porro aram
genuit loth. Mortuus que est aram
ante patrem suum thare in terra na
tiuitatis sue in hur caldeorum.
Duxerunt autem abram et nachor
uxores. Nomen uxoris abram saray
et nomen uxoris nachor melcha fi
lia aran patris melche et iesche. erat
autem saray sterilis nec habebat liberos
Tulit itaque thare abram filium suum et
loth filium aran filii sui et saray nu
rum suam uxorem abram filii sui et
eduxit eos de hur caldeorum ut irent
in terram chanaan. Venerunt que usque
aran et habitauerunt ibi. Et facti sunt di
es thare ducentorum. v. annorum. XII

Dixit Et mortuus est in aran
autem dominus ad abram
Egredere de terra tua et de cognatione
tua et de domo patris tui et uenit in terram
quam monstrauero tibi. faciamque te
in gentem magnam et benedicam tibi
et magnificabo nomen tuum. eriscque bene
dictus. Benedicam benedicentibus tibi
et maledicam maledicentibus tibi
atque in te benedicentur omnes cogna
tiones uel tribus terre. Egressus que est
itaque abram sicut precepat ei dominus
et iuit cum eo loth. Septuaginta
quinque annorum erat abram cum egre
deretur de aram. Tulit que saray uxo
rem suam et loth filium fratris sui
uniuersam que substantiam quam posse
derant et animas quas fecerant in
aran et egressi sunt ut irent in terram
chanaan. Cumque uenissent in eam
pertransiuit abram terram usque ad locum
sychem et usque ad conuallem illustrem
uel ad uallem siluestrem. Chana
neus autem tunc erat in terra. Apparuit
que dominus abram et dixit ei. Semini
tuo dabo terram hanc. Qui edifica
uit ibi altare domino qui ei apparu
erat et inuocauit ibi nomen eius
Et inde transgrediens ad montem qui
erat contra orientem bethel. tetendit
ibi tabernaculum suum ab occidente
habens bethel et ab oriente hai. Edifica
uit quoque ibi altare domino et inuo
cauit ibi nomen eius. Prexit que a
bram uadens et ultra progrediens
ad meridiem. facta est fames in terra
Descendit que abram in egyptum
ut peregrinaretur ibi. Preualuerat
enim fames in terra. Cumque prope e
sset ut ingrederetur egyptum dixit
saray uxori sue. Noui quod pulchra
sis et cum uiderint te egyptii dicturi